



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo S. Rochi Confessoris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

missione supplicamus, verum vt Salomonem Filium tuum Iesum Christum deprecaris: certi quippe sumus, nihil illum tibi denegaturum, vt nobis non Abisag, sed gloriam cœlestem in præmium concedat. Bersabee vero illum exaudiens, ait animo promptissimo, *Ego loquar pro te Regi. Idem obsecro fac Deipara, pro nobis apud filium intercede, nostram apud illum causam age, nostrisq; apud maiestatem illius suscipe patrocinium.*

[Esth. 5.]

Assuerus Rex præ affectus, quo Estherem prosequeretur, vehementia ait: *Quid vis Regina Esther? qua est petitio tua? etiam si dimidiam partem Regni petieris, dabitur tibi.* Idem tecum agitur in cœlo, quod olim cum Esther in Perside apud Assuerum: nam summus Regum Rex Christus tanto te honore, amore, reuerentia, & affectu prosequitur, vt quidquid ab illo petieris, tibi daturus sit. Tu igitur, spes nostra & refugium vicium, veniam nobis delictorum impetra, emendationem vitæ obtine, & gratiam illius in hoc mundo adipiscere, & in altero gloria & beatitudinem, cuius nos participes reddant Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

IN FESTO S. ROCHI CONFESSORIS.

Partitio.

1. De Sanctorum vitis & exemplis imitandis.
2. De eorundem historiarum utilitate.
3. De vitio pestilentia.
4. De S. Rocho, eius patriam ac rebus praclare gestis.

Sicut lumbi vestri praeincti, & lucerna ardentis in manibus vestris, Luc. 12.

FIGURA.

Tobias.

Veteri Testamento celebratur vir quidam sanctus & illustris de tribu & ciuitate Nephthalim in Galilæa superiore, cui nomen Tobias: dicitur hic iam inde ab in-

cunabulis virtutis studiosus fuisse, Dei timorem ob oculos habuisse, in eoq; ad vsque vitæ extremum perseuerasse, adeo, vt quantum cresceret ætate, tantum & vitæ sanctimonia meritorumq; cresceret copia: vt ne quidem à rege Assyriorum Salmanasar cum vniuersis contribulibus suis in captiuitate Babylonicam iam abductus, Niniveq; commorans, tyrannide licet & immanitate Barbarorum oppressus, ab amore, timore, ac præstita Sacramento Deo suo fide, vellatum vnguem deflexerit, magnæq; cum patientiæ significatione ac modestiæ triste hoc & ingratum exilium ferens, omnium piorum operum, ac præsertim charitatis ac misericordiæ exercitio se consecrauerit. Vehemens enim erga proximum amor tam ardentis animo eius subdebat faces, noctu & interdiu alio: vt opere non occuparetur, aliudq; non actitaret, quam Deum assiduis precibus fatigare, afflictos consolari, ægros adire indigis auxiliari, pauperibus de facultatibus succurrere, saucius medelam afferre, mortuos deniq; terræ mandare. Quæ omnia vno velut falce complectens sacra historia, hoc eius vitæ compendium texit. *Esurientes alabat, nudosq; vestimenta praebebat, & mortuis atq; occisis sepulturam sollicitus exhibebat.*

Hic ergo vir mire sanctus fuit, & sancte admirabilis; sed si vetera hæc & prisca seponere gesta, & æuum auorum transeundo ad recentiora venire tempora voluerimus, in nostra prouincia, ne dicam ætate (ab hinc n. 300. floruit annis) alium non minori præditum sanctimonia, nec inferioribus donatum reperiemus meritis. Nomen illi Rochus, patria Gallia hæc nostra; virtutes porro eius inexplicabiles. Hic ergo virtutem naturali sanguinis nobilitati combinans (fuit namq; domo & stirpe illustris) ad Tobiae veteris imitationem, tam inde à flore ætatis virtutis studio se dedit, ac toto vitæ tempore ipsum non deseruit; imprimis vero in operibus pietatis & charitatis & misericordiæ mirabilem, ac prope dixero diuinum atq; inimitabilem se reddidit. Parentibus namq; inter mortuos generose mundum prostruit, mundanisq; cedens, facultates in egenos disperdit, inque voluntarium & vtroneum secedens

dens exilium, & natali excedens solo, in alienum se contulit, & regiones ne fama quidem notas & remotas adiit, vitamque omnem, utpote amore & charitate astantis proximo subleuando impendens, agris & nominatim pestilenti lethalique correptis morbo, quos alij mortis formidime ne aspiciere quidem, nedum attingere ausi essent, sedulo adenterq; adesse, & si quam posset verbo manique opem afferre studuit. Adeo, ut cum sola frequentaret nosodochia & ptochodochia, interq; afflictos perpetuo viceret, & eius moliminiibus, Deo cœlitus aspirante, hac ipsa lue infectos, ad quorum medelam humana deficiebat industria, sanitati redderet, etiamnum viuentis celebrari passim nomen cœperit, & ad exteras diffundi regiones, atq; hinc factum est, ut etiam vita sanctus inter illustres sit sanctos relatus, & ab omnibus, qui epidemico hoc morbo correpti sunt, toto passim Christiano orbe, ut patronus & alexicacos inuocetur. Hodie ergo, quoniam anniuersaria religione & obseruantia festiuitas eius recolitur, reliquam vitæ eius feriem deducere, & præconia enarrando prosequi constitui. Cum vero hæc nobis felicitas obtigerit, quam sane haud exiguam interpretor, quod Gallia nostra sanctum hunc Confessorem dederit, par est maximeq; consentaneum, apud Gallos & eos fideles & Catholicos, scriptorē Ecclesiæstæq; Gallum, qualem melibens gloriansq; agnosco, illius elogium auspiciantem, pro dignitate, & ea qua potis est eloquentia & dicendi energia, vitæ eiusdem mirabilia ac præconia deprædicare. Benigna porro sacratissimæ Virginis patronæ nostræ ordinariæ aura & intercessio, & priuati vestrum erga Beatum hunc virum affectus, gratiam nobis & auxilium Patraletici Spiritus efflagitabunt; quod ut impetremus, pariter & vno omnes ore & affectu, corde suppliciter dicamus.

Ave Maria.

I. Sancta Ecclesia Catholica velut pia & prudens fidelium omnium mater, cum pro be perspectum habeat, quanta quamq; eminentia nascantur è frequenti historiarum, vitarum, elogiorum, piarumq; actionum illustrium sanctorum sanctarumq; lectione,

Bessai tom. 3. De Sanctis.

meditatione, ac pia eartudem contemplatione ac ruminacione emolumenta; sæpe ponat. nobis eadem & ob oculos obiicit, & animo proponit, ut ex iisdem is necessitatibus hauriamus solatium, in aduersis sentiamus firmamen, eorumq; sedula imitatione æmulari virtutes non pigeat, quorum vitam operaq; demiramur. Ita Apostolus Paulus primorum Apostolorum non postremus, & Ecclesiæ huius Doctor, veros Dei filios exhortatur, ut in sancta fide & vera religione immobiles infractiq; persisterent, vetera quidem, sed prudentia alioquin sanctorum Doctorum, venerabilium Patrum, ardentium Prædicatorum & honorabilium Prælatorum exempla illis ad oculos animumque aduocat, qui cum eandem verbo docuissent, sanctitate etiam vitæ excelluerunt, quam tandē sancta etiam glorioseq; morte & sine illustri cœcluserunt. Sic porro populares suos alloquitur: *Memento te præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitami fidem.*

Apostolica hæc parænesis veteris cuiusdam ritus apud Spartanos obseruari soliti Lacedæmoniorum memoriam reficit. Hi ergo et si superstitione idololatriæ infames, prudentia tamen ritus. sæculari & politicis moribus illustres, ut iuuentutem suam ad maiorum virtutes imitandas, & rem præclare gerendam, heroicaque facinora incitarent; viris omnibus illustribus, qui famam sibi stratagemate aliquo compararant, rebus gestis tum domi, tum belli caput cæteris altius extulerant, & tam literis, togaq; quam armis & marte patriam illustrarant. Statuas marmoreas æneasque in senatu & in curia ante oculos omnium erigebant, hoc addito inferne epigrammate auratis characteribus exarato, *Si fueris sicut hi, virtute scilicet animo, rebus gestis, generositate ac meritis, eris sicut illi, honore scilicet ac gloria pares, quasi vel verbo dicent, Emulamini & sequamini virtutes ac præclara illorum gesta, quorum statuas hic conspiciatis, vitamque suspiciatis, eodem profus sensu, quo deinde Apostolos Hebræos suos compellauit, Memento te præpositorum vestrorum, quorum intuentes exitum conuersationis, imitami fidem.*

§§§

Hanc

Cur San-
ctorum i-
magines
spectandas
Ecclesia
proponat.

Hanc proculdubio ob causam Ecclesia, vt filios suos ad perfectionem animaret, & ad opera heroica generosaque calcare ac stimulos adderet, in templis suis, quae vera diuinitatis sunt palatia, tot illi Sanctorum proponit imagines, & in aris suis eorum omnium sustollit corpora ac reliquias, qui sanctitate ac vitae dignitate, tum pace, tum bello, tam in mundi prosperis, quam aduersis, immortalis sibi nomen compararunt, & immarcescibilem gloriae coronam nacti sunt, vt iis conspiciatis, vitaeque illorum historia, veluti litteris quibusdam patribus audita, ad eorum imitationem animentur, illorumque vitae sanctimoniam ac mores illustres sequantur, quorum auribus percipiunt praeconia, & mirabilia obstupefunt. Et sane permagne sunt ad excitandas mentes, & omnium omnino animos inflammandos egregia haec exempla efficaciam.

audib. 4.

Exempli loco erit, quod in historia Judith legere est. Israelita in terra Iuda habitans dum ad Holofernis ex Assyria aduentum nimium quantum consternarentur, & tantum non praemetu exanimarentur, summus sacerdos Eliacim vt animos illis adderet, omnemque pectore illorum metum eliminaret, veterumque ipsi patrum similibus in casibus exempla, & in primis Moysi fidem ac generositatem spectandam proposuit, dicens: *Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.* Ac tandem orationem his verbis finit, *Sic erunt vniuersi filij Israel: perinde ac si diceret, Hostilia arma & copias nolite perhorrescere, viri, sed vnus Dei nitimini auxilio, & ad praecis velut ad aram & ancoram sacram confugite; ab his namque magis quam ab armis & robore victoria omnis dependet.*

Eandem pene ob causam & simili in discrimine magnus ille bellator Iudas Machabaeus viso, Gorgiae copias per vnictum agrum Israel repente sparsas esse, ac populum proinde in maxima agere formidine, cum non nisi tria hominum millia, eaque semifracta ac lacera in repentino hoc motu coadunare potuisset; ad metuculosos animados & incertam mentibus depellendam efficacius

medium non habuit, quam prodigiosum illum maiorum, Moysi ductu auspicioque per mare rubrum transitu, & Patrum in illo sequendo audaciam generositateque proponere. His ergo eos verbis compellauit, *Ne timeatis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidatis, memento qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu.*

Machabaeus ad suos oratio.

Eodem ipso libro, & quidem sub initium, Machabaeus venerabilis ille senex, legis diuinae zelo astuans, vt Hebraeos zelotas ad legis eiusdem obseruantiam accederet, ne nimirum a sanctorum rituum custodia vniquam desciscerent, & infidelium Gentiumque minas, impetus, ac molimina nequicquam exhorrescerent, maiorum exemplo vsus est, & hac eos oratione est affatus: *Nunc ergo filij amulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum, & memento operum patrum, quae fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen aeternum.* & iam inde ab Abrahamo, Iosepho, Phinees, Iosue, Caleb, Dauide, Elia, Anania, Azaia, Misaele, aliisque Dei legis zelatoribus & amicis ducta ad vsque Danielem serie, hoc tandem epiphonemate orationem suam terminat, *Et ita cogitate per generationem & generationem, quia omnes, qui sperant in Deum, non infirmantur.* Agnoscebat nempe pius ille senex, veteres maiorum historias ad filios ac nepotes ad diuinum cultum pertrahendos, & a vitii auocandos per multum posse.

Non ignorabat id Gentium ille Doctor Paulus, cum Hebraeos suos ad tolerantiam malorum exhortans, plurimum sanctorum velut catalogum ac serie textit, quos ad imitationem illis proponit, vitasque ipsorum depingens sic loquitur, *Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisionis gladij mortui sunt.* Hinc capite sequenti sic orationem terminat, *Idcirco, & nos tantam habentes impositionem nubis caelestium, deponete omne pondus, & circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctoritate fidei & consummatorem lesim.* vt hos ergo Apostolus in fide solidaret, in traque Euangelij terminos contineret, plurimos illustres illis sanctos

S. Pauli ad Hebraeos oratio.

sanctos

sanctos repræsentat, qui vt ipsam tuerentur, tam gloriosam mortem oppetierunt: inprimis vero & ante omnes Christū Jesum, velut sanctorū omnium regem, & legis auctorem, proponit, qui eandem in mundo plantaturus, mortem subire, & tam cruentæ passionis torrentem ingredi minime dubitauit.

Job. 5.
Jacobus
sanctorum
exempla
habet.
 Post hunc Gentium Doctorem, Jacobus etiam Apostolus latius se diffundens, hanc omnibus fidelibus adhortationē præ oculis habet, *Exemp. n.* inquit, *accipite, fratres, exitus mali; & longanimitatis, & laboris, & patientia. Prophetas qui locuti sunt in nomine Domini: ecce beatificauimus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job au. istis, & finem Dei vidistis. & quo patientiam eius modo coronat. Egregia sane verba, Sanctorum semper exemplum proponenda; & gloriosam maiorū vitam velut in speculo repræsentantia.*

Job. 2.
Baldadi ad
Jobum o-
ratio.
 Ipse etiam Baldad Suhites, vnus de Jobi amicis, sancti huius viri vitam calūniis profcindens, & quibus poterat modis sugillans, veterum exempla in dictorum suorum confirmationem allegat. Sic enim ipsum allocutus legitur, *Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriā: hesterni quippe sumus, & ignoramus, quia sicut umbra dies nostri sunt super terram. & ipsi docebunt te, loquentur tibi. & de corde suo proferent eloquia, &c. Inferre hinc alienigena ille vult, maiorū ac patrum memoriā, atq; inprimis virorum virtute præstantium iuuenibus scholam veluti esse atq; academiā.*

Cantic. 1.
 An non huc amans ille sponsus in Canticis respexit, cum dilectam suam sic alloquitur, *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. Quorum allegoricorum verborum hic est sensus, Si te ipsa cognoscere nequeas, anima, quæ creaturis reliquis venustate ac pulchritudine præcellis, egredere paulisper extra te, & Ecclesiasticorum illorum gregum sequere vestigia id est, imitare gressus; vitam virtutesque tot illustrium Sanctorum, qui gregum ad instar antecurrerunt, ac veluti omnes innocuæ sine fraude doloque, animalia sacrificiis destinata in mortem rapti sunt, tamque atrocia subierunt supplicia. Notat quippe sanctus ille sponsus, Martyrum reliquorumq;*

Sanctorum exempla mirifice ad inertes languidosque animandos, & eos, qui à virtutis tramite deficiunt, ad eundem reuocandos *Ephes. 6.* pollere.

Hinc ad hæc ipsa Canticorum verba alludens Apostolus sic nos in Epistola ad Ephesios commonefacit, *State ergo succincti lumbos vestros in veritate & indui lorica in iustitia, & calcatei pedes in preparationem Euang. ij. S. n.* Exemplum gula verba metaphorica sunt & figurata; sanctorum quorum hic genuinus ac legitimus sensus, viuentibus Cogitationem de veterum partum gestis, & in hoc sætor Sanctorum in fide mortuorum exemplo maximo opere excitare & consolari eos, qui hoc in mundo degunt. Vt enim calceos mortuorum animalium exuuuis confectos induti secure intrepideque ingredimur, spineta, saxa, aut quicquam pedes offendere natum, neququam morari: ita dum Sanctorū, qui ante nostra vixere tempora, historias ac vitam euoluimus, aut ad mentem reuocamus, ad eorum sequelam, & ad eadem quæ præstiterunt præstantia accendimur, illorum fidem æmulando, & in sancta religione, in qua ipsi & salutem nacti sunt, & pro cuius tuitione omnigenos cruciatus & mortem ipsum tandem subierunt, viuendo. Hæc sunt, quæ nos ad illorum sectanda vestigia, etiam quibuscunq; oblaris difficultatibus, compellunt, & ad mala, aduersitates, persecutiones, quas obicere mundus potest, exsuperandas: atq; hoc est reuera, ex Apostoli mente, in Euangelium præparari.

Et profecto ita se res habet: cum enim ad II. mentem reuocamus, & ob oculos ponimus, Historiæ eos ipsos, quos modo vt sanctos colimus ac sanctorum reueremur, fragiles mortales fuisse, & nostri multum ad instar etiam peccatis infames; gratiæ tamen datæ, quæque nemini non offertur, mnes cooperatos, mirabilia, vt in historiis ipso nino ad rum ac vitæ serie ad oculum legenti appareret, præstitisse; quam hoc efficax & potens excitādos, est, ad omnis generis & conditionis homines, vt generosarum illustriumque actionum exercitia frequentent, honori & virtuti incumbant, & sanctis decretis & institutis diuinis repugnantia deuitent, excitandos?

In sancta potro & admirabili tor Sanctorum

Christiana
religio cō-
cinnata è
vita San-
ctorum.

rum admirabilis vita Christiana religio
ritificæ, veluti in tabulis quibusdam ad vi-
uum depictis, & sensibilibus depicta est. Nec
mirum cuiquam videatur, si Ecclesiam di-
ctam est è lapidibus viuis concinnatam (*qua cō-
struitur in caelis viuis ex lapidibus.*) Tam multi
namque Sancti, qui modo cœlesti gloria per-
ficiuntur, nocte & interdiu nos incessanter
alloquuntur, & sanctorum rerum desiderium
in nobis excitant; gloriosi inquam illi sancti,
qui veluti fundamentales Ecclesiæ nostræ la-
pides fuere, proprio sanguine, velut cæmen-
to, coagmentati, & inextimabili charitate in-
ter se combinati.

Num. 21.

In Numeris legimus, omnes eos, qui à ser-
pentibus virulentis faucij æneum à Moyse in
deserto erectum serpente respiciebant, con-
festim & à puncturis & à venenato morfu sa-
natos fuisse. Eodem iridem sensu ipse dico, o-
mnes ambitionis, auaritiæ, libidinis, aliorū-
que vitiorum peste ac tabe correptos, si in
gloriosos Sanctos, in cœlum iam euectos, &
quorum in templis nostris imagines & effi-
gies erectæ sunt, oculos coniciant, eorumque
vitas contemplando ponderent, maximam
inde consolationem elicere, ac per sæpe deli-
ctorum offensarumque medelam inde con-
sequi.

Exod. 33.

Quemadmodum Moyse prodigioso illo
ligno, quo de Exodus meminit, in aquas
Maria coniecto, easdem lapidas ac potabiles
reddidit, cum antea amarissimæ forent & in-
spidæ, ita Deus boni nostri perquam stu-
diosus, & sancta mater nostra Ecclesia, ut a-
maras tot tribulationum, afflictionum, dolo-
rum, acerbatarum, aduersitatumque hac in vi-
ta occurrentium aquas dulcoraret, & eas to-
lorabiles redderet, tot sanctorum vitas &
historias adinuenit, & nobis legendas pro-
ponit, simul & spectandas eorum cruces, ca-
tastas, & caleos, compedes, trahas, vncos, a-
liaque martyriorum ipsorum instrumenta, vel-
ut prodigiosa quædam ligna & Mosaiico illi
per similia.

Omnes è
Sanctorum
vitis conso-
lationem
sentiant.

Et sane omnis conditionis & qualitatis
homines hac è re in omni casu maximum
sentiant auxilium & incredibilem quam-
dam consolationem. Exempli causa, si con-
cionator quispiam salutem animarum ma-

xime spirans, & solius honoris diuini studio-
sus, aduersus peccata generose detonans, crimi-
na animose reprehendens, & feruentis ze-
lantisq; Ecclesiæ partes ac munera pro de-
bito explens, virulentis maleuolorum lin-
guis profcindatur, calumniis & conuitiis ini-
quorum impetatur; adeo nõ mouebitur, aut
ob officio vel latum vnguem recedet, ut per-
magna inde potius sit consolatione pertun-
dendus, si Sanctorum historias ac vitas le-
gendo animaduertit, Redemptorem in-
ipsum Christum, Prophetas, Apostolos, &
quotquot vnaquam honoris diuini ardore æ-
stuarunt Ecclesiæ, simili linguarum viru-
lencia esse impetitos.

Si quis aduersæ fortunæ malignitate &
mundi huius inuidia ad ima subsellia rediga-
tur, è summa opum affluentia ad summam
inopiam deueniat, & è summo honorum gra-
du ad infima infamiæ deturbetur, atque inde
non mediocriter perturbetur; illico maxi-
ma consolatione vicissim perfundet, si Jo-
bum, Tobiam, Dauidem, aliosque afflictos &
exagritos sibi proponat. Si in exilium con-
iectus & procul à patria extorris in mœrore cō-
ficiatur, confestim vegetescet & animum re-
cuperabit, oculos in Abrahamum, Jacobum,
Clemetem, Joannem Chrysostomum alios-
que infinitos, qui etiam cum infamia & de-
decore patrio pulsati solo, non idcirco ani-
mum contraxerunt, nec à Dei cultu descie-
runt, sed in barbara & peregrina regione non
minus eum, quem suis in ædibus ac terris co-
luerunt, coniciens.

Adhæc si quis carnalis concupiscentiæ sti-
mulis exagretur, si quis lasciuarum mulier-
cularum illicitis impetatur, si quis tentatione
venerca pulsetur; reuocet ad mentem gene-
rosos illos pugiles, castimoniam laude in-
clytos, Josephum Patriarcham, D. Thomam A-
quinatem, sanctum Bernardum Clareual-
lensem, & alios sexcentos, qui belluam hanc
tam generose sancteque edomuerunt, carnisque
violentiam tam heroice exsuperarunt, & in-
rare ausim fore, ut extemplo mirabilem sit
consolationem & robur insolitum expertu-
rus.

Si quis item mundi se pedicis expedire ne-
queat, aut eius valedicere vanitatibus; si quis
facul-

Que è San-
ctorum vi-
tis legendis
sequantur
commoda.

Vitæ San-
ctorum re-
medium
sunt gene-
rale contra
omnigena
vitia.

facultatum comparandarum nimium audis, erga inopes non pro eo ac debet animatus, afflictis succurrere detrectet, eoq; se deicere non sustineat, ut inuisat, ijsq; auxilietur; facilem in his de se ipso victoriam referet, & solamen extremum capiet si S. Benedicti, Antonij, Hilarij, Francisci, & nominatim S. Rochi, illustris illius confessoris vitam intueatur: hic enim postremus iam de à prima ætate virtutem sectatus, in egenos facultates omnes disperditus est: relictaque patria reliquam vitam ægrotorum & pestifera labe infectorum ministerio dedicauit. Hinc totus Christianus orbis summo eum cultu prosequitur, magnos illi honores defert, & Ecclesia Catholica hanc illi diem anniuersariam assignat, & eius in honorem hoc legendum Euangelium præscripsit: *Symbolum vestri præcincti, & lucerna ardentis in manibus vestris, &c.* Habuit namque inter cæteros Sanctorum renes vere castitate præcinctos, & manus bonis operibus, veluti lampadibus ardentibus instructas. Verum ne Euangelij textui diutius inhaereream, aliam semitam insistentem, & Sancti huius viri elogia prosequens, duobus omnem hanc concionem membris in prædicatione: primo velut medicus, & Theologus de morbo epidemico ac peste loquar: cum ab huius morbi lue correptis sanctus hic inuocari soleat & suspici; altero summam simul & singillatim vitam, sanctimoniam, charitatem, virtutes, reliquaque eiusdem merita prosequar.

III. Principio igitur, nomen contagij, aut pestis, quod vel à *pernicie* aut *perdendo* originem trahit, quod primaria quæq; quæ vitam acceperunt, perdat, destruat & corripiat, non nisi à bis mille quadringentis post mundi creationem annis mundo coepit innotescere. Constat namq; ante vniuersale aquarum diluuium, quod iuxta communem annorum supputationem, anno à mundo condito millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto contigit, nullam morbi huius aut notionem fuisse aut formidinem. A diluuiio ad vsque tempora Abraham, duobus intercurrentibus sæculis, quid esset pestis, nemo notat; ab Abrahamo ad vsq; Isaac, ad vsque Iacob, ad vsque Ioseph, ad vsque Moysen, (trecenti & am-

plius interfluunt anni) quid esset contagio, nondum quisquam sciebat; adeo ut si quis secula superiora & primas mundi ætates euoluere voluerit, facile ex sententia mea reperitur sit bis mille & quadringentos pacifice effluxisse annos, antequam hoc aliquis in terra morbo correptus legatur.

Prima eius mentio fuit tempore Pharaonis, & durante seruitute filiorum Israel in Ægypto. Legimus quippe in Exodo, Moysen & Aaronem regiam Pharaonis ingressos, sic eidem locutos esse, *Deus Hebræorum vocauit nos, ut eamus iter trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis & gladius: quasi verbis manifestioribus dicerent, Deus optimus maximus, qui verus Hebræorum Dominus est, nos euocando præcepit, ut Ægypto egredieremur, regnum hoc desereremus & tridui itinere in solitudinem abeuntes, ibi Deum nostrum adoraremus sacrificiaque immolaremus, ne forte eius iussa negligentes voluntatiq; refragati, peste corripiamur, & bello opprimamur.* Hæc prima est, quantum equidem meminim, pestis in sacris mentio.

Ceterum morbus est contagiosus, & maxime metuendus, quique sæpe numero ab aeris infectione ortum habet initia, qui eo quo infectus est, virus in omnia terræ amantia effundit. Atque hanc ob causam à Galeno & omnibus medicorum filijs morbus publicus & communis dicitur, quod omnes omnino homines, nullo sexus, ætatis, dignitatisque intuitu inuadat. Malum est initio quidem latens, clanculo serpens, & sæpe antequam pateat, occulta quadam prodicione hominem enecat. Intra se interdum desæuiens, & corpus profus corripit, suas etiam foras vires exerit, & tubera, panos, & phlegmonem in lateribus, in quibus plus materiæ ad hominem inficiendum, & vitam in discrimen vocandam dispositæ reperitur, causatur.

Vt vero profundius in medicorum penetralia penetremus, sciamus oportet duplicem morbi huius causam dari, vnam quidem insimam & naturalem, aliam sublimiorem & naturæ præcellentem. Naturalis causa item duplex, prima aeris infectio è putrescentibus &

Exod. 5.

Prima pestis mentio tempore Pharaonis.

Aeris infectio pestis causa.

Pestis dicitur morbus publicus.

Duplex pestis causa.

corruptis exhalationibus enata; deinde longa prauorum humorum in corpore nostro collectorum, & ad infectionem tendentium coaceruatio. Varia porro sunt, quæ aerem inficiunt, eumque pestilentem reddunt, non modo videlicet maligni vapores, & maleolentes exhalationes à locis putrescentibus ascendentes, & mephitis intolerabilis; sed excessiui etiam & insoliti calores, humidum item insuerum, in debito scilicet tempore & hora anni dominantia, quæ duo in aere corporum cœlestium influxus causatur. Quod autem homines sine communi & continuo elementi huius vsu viuere nequeant, mirum sane non est, aere corrupto & infecto, homines eum haurientes etiam infici; quem si corruptum ducant, vitam etiam illorum corrupti illico necesse est.

Causæ pestis supernaturales. Causæ supernaturales, quæque communia & elementaria agentia longe transcendunt. enormia sunt hominum peccata, & iusta Numinis vindicta, quod mortalium flagitijs exacerbaturum flagella exerit insolita, vt extraordinario in terram modo animaduertat. Ita Moses inter alias in Pharaonem & Aegyptios à Dei dextra immittendas plagas, pestem etiam recenset, Deum sic loquentem inducens, *Ecce manus mea erit super agros, & super equos & asinos, & camelos, & oves & boues, pestis valde grauis.* Concludens ergo sacra Scriptura sic ait, *Mortuaque sunt omnia animalia Aegyptiorum.* Atrocis autem mortalitatis huius causa fuit barbari illius regis obduratio.

Deus vtitur peste ad peccatores castigandos. Et sane, potens ille ac metuendus Deus maximis semper peccatoribus pestem intenter, ad abominationes ipsorum scilicet hoc flagello castigandas, iramque suam ostendendam. Non de alia loquuntur re prophetæ frequentius, & plenæ sunt exemplis ipsique mirabilibus sacre Scripturæ. Quæ vobis, vniuersa sacra volumina à capite ad calcem percurrendo, continua serie depromam. In Leuitico, cum legis præuaricatoribus immittendus maledictiones Deus recenset, hæc inter alias adnectit, *Inducamque super vos gladium ultorem fœderis mei, in quo confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & tradamini in manibus hostium.* Si iam inde à Moyses

temporibus Deus de mandatorum suorum obseruatione tantopere sollicitus fuerit, pestemque eiusdem violatoribus intenter, ecquid mirum in lege Evangelica sanctis eiusdem mandatis toties violatis, eundem ipsum Deum toties exardescere, & ipsos in nos flagellis, bello inquam ac morbo pestilenti, animaduertere?

Eandem ob causam legitur Deus aduersus populum infidum & præuaricantem exardescens, suamque iram exostulando exrens in libro Numerorum dixisse, *Vsq; quo detrahet mihi populus iste? quousque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis? seriam igitur eos pestilentia atque conumam, &c.* Vnde liquido patet pestem & contagia Omnipotentis Dei dextera opera esse, eiusque iustitiæ effecta, in terram ad maleficiorum & scelestum humanorum punitionem immitti solita.

Mira sunt, quæ huius occasione in Deuteronomio legimus: Inter maledictiones aduersus Deo rebelles & legis eiusdem effractores emittendas, *Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias & factas omnia mandata eius & ceremonias, quas ego præcipi tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ; hæc speciatim enumerantur, Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Pestissima autem omnium hæc est, adiungat tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de terra: sit celum, quod supræ te est, aeneum, & terra, quam calcas, ferrea. Adeo vt inter Dei viuentis & irati maledictiones & comminationes omnium atrocissima & maxime metuenda sit, quæ mortem, & pestilentiam committetur.*

Idem ipse Deus eadem in indignatione persistens, eandem etiam comminationem intenter apud Ieremiam, cū Ierosolymam, excidium vastitatemque prædicens, sic suum est Prophetam allocutus: *Hæc dicit ad eos, sic dicit Dominus Deus, visio ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent, & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandum; qui autem in præfidijs & speluncis sunt peste morientur.* Hic ergo locus alijque innumeris ad oculos nobis patefaciunt, pestem flagellum Dei esse, & iustitiæ

Deus de legibus suis custodiam zelus.

Num. 14.

Pestis sunt signa diuina iustitiæ.

Deut. 18.

Ierem. 33.

Aeris inficiendi causa.

Causæ pestis supernaturales.

Exod. 9.

Deus vtitur peste ad peccatores castigandos.

Leuit. 26.

stis eiusdem instrumentis maxime cruentum & metuendum.

Tria diuinae iustitiae flagella sunt.
Certissimum est autem, & nemini non obuium, inter innumeras virgas & rationes, quas sepe nimis ille vindex ad iniquitatum humanarum vindictam exercere cōsuevit, tres illum potissimum ac speciatim, quibus ad enormissima flagitia castiganda vitur, & quibus iusta eius aduersus eadem iracundia & furor maxime eruitur bellum, inquam, pestem & famem, quo triplici ferro nihil non deicitur, nihil non edomatur, cum ipsum Deo visum exerceat, nemo ut illi queat resistere.

Fibula Poetica.
Iouem fingebant veteres in cælo tonare, dextræque illius trifuleum addebant fulmen; quo illum telo omnia in terra concutere & perterrefacere credebant. Hæc quidem Poetica & commentitia sunt: sed veritas verissima, Deo nostro ter maximo triplici hoc flagello, velut trifulco eius iustitiæ telo, dextram obarmatam esse; quo in terram horrendi sauit furorem exere, indignationem ostendit, seque mortalibus terribilem ac metuendum exhibet.

S. Scriptura bellum, pestem & famem plebique coniungit.
In huius mæ sententiæ confirmatione notetis velim, sacra volumina, quotiescunque Deum ter maximum aut iratum, aut per potentiam suam arma, aut iustitiæ flagella mûdo minitantem nobis describunt, semper hæc tria coniuncta in aciem producere, bellum inquam, pestem & famem; velut indiuiduas comites, perpetuo connectere, quod variis ex sacro textu testimoniis deductis asserere vobis conabor.

Esdr. 13.
A libris Esdræ ducam exordium, in iis noto Deum Asiæ succensentem, quod Babylonis esset delicta æmulata, has eidem minas intentare: *Odibilem imitata es in omnibus operibus, & in aduersionibus suis; propterea dicit Dominus, imittam tibi mala, viduitatem partatem, & famem, & gladium, & pestem ad deuastandas domos tuas. An non hæc tria flagella & trina hæc fulmina hic iunctim & vno velut sub fasce posita conspiciuntur.*

Ierem. 14.
Idem & in Ieremia legitur: nam idem ipse Deus aduersus populum Israel maiorem in modum exacerbatus, quod debitum Deo cul-

tum ad idola & vana numina transfulisset, Deus Israel sterilitatem illi intentans, suumque furor-litis bellum, rem & indignationem verbis testatus, sic va-pestem & rem est allocutus: *Noli orare pro populo isto in famem mirum, cum ieiunaueris, non exaudiam preces eorum, & si obtulerit holocausta & victimas, non suscipiam eas quoniam gladio, & fame & peste consumam eos. An non hic denuo tria hæc tela vno ictu vibrata?*

Idem Domini furor & indignatio cum *Ierem. 29.* nondum cessaret, minas etiam nequaquam intentare desinit; capite namque XXIIX. ira & furore astuans, velut verborum tonitrua & fulgetra ei aculatur; *Persequar eos, ingratos scilicet & idololatrias Israelitas in gladio, & in fame, & in pestilentia, & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terra, in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quas ego eieci eos. Quam ignita, quam terribilia verba? quam horrenda verborum iacula?*

Ezech. 6.
Producam & terribiliora, & semper eorundem flagellorum comminationibus stipata. Apud Ezechielem namq; Deus optimus maximus ad iustam, ob populi infidelitatem & idololatriam, indignationem conciliatus, Prophetæ hæc iniungit, *Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic, heu ad omnes abominaciones malorum domus Israel, quia gladio, fame & peste ruituri sunt: qui longe est, peste morietur: qui autem in rope gladio corruet; & qui reliquus fuerit & obsessus, fame morietur, & complebo indignationem meam in eis. O verba horrenda! & rationem feralem & terribilem! anne vniquam vobis terribiliora audita? an grauiores minacioresq; vniquam ad aures vestras comminationes acciderunt? tantamne cælo indignationem contineri? Deumne tam vlti-ces deponere pœnas? tantane animis celestibus iræ? vos peccata & iniquitates, toto passim orbe inualescentes, vniica harum comminationum causa estis, hosce vos ignes veluti flabro succenditis, vos iram hanc & vindictam suscitatis, vos maiestatem hanc benignissimam irritatis, vos tela hæc & pharetra in apertum profertis, vos hæc flagella exercitis, vos trifuleum hoc fulmen procuditis. Sed ad lineam redeamus, & sacra volumina vltius per-*

peruoluamus, quærentes nam triplex hoc telum etiam alibi simul pariterque intenteatur. Tria in super loca proferam, sed alio schemate & velut emblematico conuestita.

Primus est in historia regum israel. Deus namque in David s regis peccatum acriter animaduersurus, Gad Prophetam ad eum destinat dicentem: *Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua: nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei qui misisti sermonem.* Rex ergo anceps, quid eligeret ignorans, pauidus & consternatus, lachrymabundus & gemens in hæc tandem verba prorupit; *Coarctor nimis, sed melius est, ut incidam in manus Domini (multa enim sunt misericordie eius) quam in manus hominum.* Ergo cum optione data pestem prætulisset, eaque triduo dumtaxat in regno vniuerso grassata esset, septuaginta hominum millia à Dan vsque Bersabee eadem extincta Scriptura tradit.

Optio Dauidi data belli famis aut pestis.

Dauid pestem bello famique præfert.

In historia hac de Dauid multa sunt documenta moralia.

Ezech. 5.

Multa historia hæc continet dignissima notatu, quæque ad nostram instructionem mirifice deseruiunt. Primo, quod Dei flagellis pius ille Rex minime refragetur, neque impij Pharaonis instar obluetur, sed ut supplex & humilis poenitens debitas delictis poenas agnoscat, easque magna animi demissione admittat, & poenitentias vlto subeat. Secundo, quod Dei viuientis naturam agnoscens, & de hominum conditione diffidens, malit inter adeo elementis Dei brachia se conijcere, cuius misericordiam perspectam habebat, quam hominibus se credere, quorum crudelitatem & malignitatem sæpe sæpius esset expertus. Tertio, quod inter cuncta Dei flagella ipsum pestilentie sit grauissimum, & maxime metuendum, quod septennio sterilitatis, & trimestri bello tridua solum pestis velut æquipollens & æquiualens ex opposito opponatur. Sed ad emblemata nostra redeamus.

Alterum, quod in Scriptura noto emblemata legere est apud Ezechielem, quod priori aliquatenus responderet, & cum historia Dauidis aliquo coincidit modo, cum enim de capillis, quibus populi excidium designaba-

tur, ænigma Prophetæ huic propositum esset, sic illum Deus est allocutus, *Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos. cui tibi hæc nouacula? quid his crinibus facies Dominus? audi: Tertiam partem igne combures, tertiam partem concides gladio, tertiam vero aliam disperges in ventos.* quod deinde exponens & mysterium reuelans ait, *Tertia pars tui pestem morietur, & fame conuetur in medio tui, & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam vero partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos.* An non & hic rursus tria hæc tela mystico sub schemate simul prolata sed addam aliud & eiusdem omnino farinae.

Emblema mysticum expositum.

Jeremias reuelaturus Deus, eoque Ierolimam ruina & excidium Sedechia regnante maneret, duo illi canistra sicibus his bonis & suauibus, i his amaris & grossis repleta ostendit: prima illarum dulcem, lærum festiuumque populi è captiuitate reditum, alia feralem eorum, qui Sedechia tempore in ludæa victuri erant, perditionem excidiumque denotabant: vnde subnectit: *Et dabo eos in vexationem in afflictionemque omnibus regnis terra, in opprobrium, & in paradolum, & in maledictionem in vniuersis locis, ad que eieci eos, & mittam in eos gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra, quam dedi eis & patribus eorum.* Ecquæ verba, Deus bone, quam horrendæ comminationes! ac deinde sicuam visionem adaptans capite 19. subiungit, *Ece mitto in eos gladium & famem & pestem, & ponam eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt, eo quod pessima sint.*

Jerem. 14.

Emblema mirabile Jeremias exhibitum.

Jerem. 19.

An non ergo pestis semper inter arma vindicis Dei reperitur? an non inter præcipuas iustitiæ eiusdem administras? an non item è maxime terribilibus omnipotentis Dei irati signis, & è grauissimis quibus affligere mundum & mortales consternare plagis solet?

Et sane inter omnia mala & flagella, quibus perterreret & percelli homines solent, pestis facile primum obtinet locum; hinc eadem in Scripturis peccatum & iniquitas omnis, velut symbolo & nota, designari consuevit. Hinc Spiritus sanctus sceleratam quempiam & perditum per omnia denomi-

Pestis malorum omnium pestium.

naturus,

natutus, pestiferi eum nomine indigerat. Sexcentis hoc probari exemplis queat. & locis variis. Primus ille sit Ecclesiastici: *Attende tibi a pestifero, id est, scelesto; fabricat enim mala, ne forte inducat super te subannationem in perpetuum.*

Eccl. 10.

1 Tim. 4.

Eodem item sensu capitur in Apostolorum Actis. Apostolus enim Paulus a Iudæis apud Felicem Præsidem accusatus cum esset, a dæversus cum agens Terrullus actor, ab hac inuectiva suam est auspicatus orationem: *inuenimus hunc hominem pestiferum, id est, prauum & scelestum, & concitantem seditionem omnibus Iudæis in uniuerso orbe, & auctorem scelerum Nazarenorum, qui etiam templum violare conatus est.* Calumnians hic maledictus sanctum Apostolum in odium adducturus, pestiferum eum nuncupat: qua denotare metaphora volebat, illum esse profligatis moribus perditum, noxium, & rerum perturbatorem, cum hoc pacto Iudæis omnibus exosum & inuisum redidit.

1 Tim. 4. di-
citur in
scriptura
selecratus.

Mach. 10.

Eadem in significatione pestiferos appellat Scriptura eos, qui aduersus pium & cordatum Ionatham insurgent, eiq; perniciem & interitum moliebantur, viros peruersos & ad omnem malignitatem efformatos: *Etsi conueniunt, inquit, aduersus eum viri pestilentes: ex Rash, viri iniqui interpellantes aduersus eum.*

1 Tim. 29.

In Prouerbis eadem est vsus metaphora Salomon ad peccatores, & nefariam eorum vitam designandam: *Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes vero auertunt furorem diuinum.*

1 Tim. 51.

Adde his omnibus Deum ipsam apud Ieremiam Prophetam Babyloniorum iniquitatibus, impietate & abominationibus exacerbatur, eadem figura vsus: illorum enim urbem veluti montem quendam compellens ait: *Ecco ego ad te mons pestifer, ait Deus, qui corrumpis uniuersam terram.*

1 Tim. 51. fur-
re postre-
ma mundi
plagis.

Hactenus producta & tædiola hæc præambula hunc in scopum primarie collineant, ut hinc euidenter pateat, peccatum & pestem mire inter se, velut effectum & causam conuenire, eamq; maximam esse plagam, & qua vix grauior atrociorq; a peccatis mortali irritato Deo immitti in terrâ queat. Hinc & ipse Dei filius Apostolis signa ac portenta

Bessai tom. 3. de Sanctis.

supremum illum ac formidabile mundi diem antecessura patefaciens, & quæ tum calamitates homines oppressura sint præmonens, pestem inter alias producit, *Erunt, inquit, pestilentia in terris: declaraturus scilicet, pestifera hæc contagia è supremis mundi plagis fore, & vna cum bellis atrocibus, fame vniuersali, horrendis terræ tremoribus, incendio passim vaganti, astrorum confusione Deum pestem inducturum, ut si quid superiores clades euaserit, & sospes perstitit, pestilenti hæc lue penitus deuastetur.*

1 Tim. 24.

IV.

Partem hæc latius deduxi morbiq; huius horrorem, malum ac pericula pluribus sum prosecutus, ut inde maiorem sanctorum illorum illustrium honorandorum, colendorum, inuocandorumq; occasionem eliceretis, quibus Deus vitæ mortiq; dominus ac princeps, mali huius pellendi, & auerruncandi, eum eam ob causam ab hominibus pie suppliciterque illorum potentia imploratur, potestatem ac prærogatiuam concessit, atque in primis & nominatim S. Rochi, cui hæc cœlius gratia & donum concessum, ut etiamnum inter mortales agens, multos mortalium, oppida etiam integra & prouincias ab hac liberaret lue; & iam cœlesti gloria perfruens hæc ob causam omnibus passim eius auxilium inelamatur. Ipse scilicet hoc contagio corteptorum asylum & refugium, & eius inuocatione plurimi hæctenus hoc malum excusserunt, & etiam modo eius opem implorantes exequunt, quæ miracula Christianus orbis & deprædicat, & passim demiratur; hinc magnum & illustre sancti huius Confessoris per orbem nomen redditum est, quod ipse etiam modo vobis ad oculum repræsentabo, eiusdem virtutes vitamque propositurus; quod altera concionis parte facturum me promiseram.

S. Rochus inter ceteros sanctos a peste infectis inuocatur.

Deus in S. Rocho factus admirabilis.

Psal. 67.

Novum ergo hoc stadium ingressus, ab hac Psalmistæ exclamatione rem auspicabor: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Si quo enim in sancto Deus redditus admirabilis, in Rocho certe nostro maxime se mirabilem præbuit, si vel eius ortum & natalem, vel vitam & actiones, vel mortem atque eam secuta miracula intueamur. Plurimi viri magni, è singulari quo erga sanctum hunc Confessorem fere-

Tet bantur

Baron. in
Martyrol.
Qui de-
eius vita
si pferin t.

Quo tem-
pore S. Ro-
chus inno-
tuerit.

S. Rochus
in Gallia
natus.

S. Rochus
bis in heb-
domada v-

bantur affectu, vitæ eius historiam, præclare gesta, virtutes, merita & elogia litteris consignarunt. Illustrissimus Cardinalis Baronius suis in Martyrologium Romanum Noris aliquot profert, nimirum Franciscum Driedonem, Petrum Pinum, Claudium de Rota in leg. Sanct. ca. 191. Petrum in Catalog. adpend. c. 15. Crantzium in Metrop. Sax. lib. 9. c. 25.

Inter alios Driedo obseruat, anno illum millesimo trecentesimo vicesimo septimo aut circiter vitæ diem clausisse, & anno millesimo quadringentesimo quarto decimo à Patribus in vniuersali Constantiensi Concilio congregatis nomen eius celebrari cœpisse: ex quorum communi decreto, postquam sanctitas eius iam pluribus miraculis declarata esset, & amplissimum ipsi de eadem testimonium tulissent, vt imminatam vrbi illi pestem eius intercessione auerterent, debiti reliquis Sanctorum honores etiam in ipsum collati sunt, eiusque effigies magna cum veneratione, cultu & honore; vniuerso populo supplicantium ritu sequente, pro palam per vrbis compita Patrum humeris delata est, & ecce, confestim sancti huius viri interuentu & ope à pestilenti hac plaga regio vniuersa vindicata, omnesq; eiusdem eam pullam meritis passim non sine grati animi significatione confessi sunt.

Gallix nostræ, quæ semper Christianitatis fuit armamentarium, & sanctorum seminarium, obtigit virum hunc inelytum mundo dedisse, & in Ecclesiæ utilitatem eundem educasse Orbi quippe illum dedit Mons Pefsulanus Narbonensis prouinciæ, regni huius prouinciæ non postremo caput. Genus ac stirps illi fuit inelyta: pater, cui Ioannis erat nomen, inter generosissimos temporis sui equites fuit numeratus, & mater eius Franca nomine illustrissimis tota prouincia matronis merito annumeranda. Cognito porro illustri se editum sanguine parentibusque secundum sæculum inelytis & magnis, sanguinis ipse nobilitatem virtutibus bonisq; operibus etiamnum puer exprimere & nobilitate contendit.

Hinc, dum adhuc lacte materno aleretur, quot hebdomadis bis, ad S. Nicolai Myrensis imitationem, ybera sugere decretauit, iam

inde ab incunabulis ieiunio se dedens, simulque declarans, quo factus iam grandior membra esset ieiunio castigaturus. Iam tunc reipsa & opere salutare hoc Sapientis monitum exequens, quod adolescentibus omnibus præscripsit, *Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & usque ad canos inuenies sapientiam.* Et sane prima ille impressiones ægre admodum eraduntur, merzq; sunt in reliquos vitæ annos efficacix; vt taceam rem Deo longe esse gratissimam, & præ aliis acceptissimam.

Agnosces hoc ipsum Ecclesiastes hoc sæculi sui iuuenes modo commonescit, *Latare ergo iuuenis in adolescentia tua. & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuae: quasi diceret, Virtutis suæcum vna cum lacte nutricis imbibere, & primos vitæ annos admodum operum exercitio dedica: perutile namque est, mature & tempestiue benefacere, vitamque cum honore & virtute instituere discere. Bona siquidem hæc fundamenta in virtutum fabrica posita reliquo vitæ tempore perseuerant, nec vilo vnquam malignitatis moru stabroq; concutiantur aut labascunt.*

Capite sequenti eadem monita prosecutus addit, *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis tuae, & appropinquent anni, de quibus dicas, Non mihi placeat, antequam tenebrescant sol, & lumen, & stella, & luna.* Enigmatica plane & tropica hæcce parænesis est. Per annos namque afflictionis & amaritudinis tempus intelligit senectutis aduentus, tempus inquam displicens, triste, ingratarum, molestiis & terretate plenum, atque infinitas tecum ærumnas ac dolores trahens; tempus inquam, quo sol, luna, & stellæ tenebrescant & caligant; tum nempe oculi rutilantes illi hominis soles caligine opplentur, tum scilicet visu & dulce siderum contemplatione priuamur. Monet ergo & consulit Sapiens, iuuenem esse iam inde ab infantia vere Deum colere, virtutibus incumbere, non vero in senium & ærumnosos decrepitæ ætatis annos id deferre, ante scilicet quam appropinquent anni displicentes. Iuuentus enim virtutum exercitio propria magis est, quam morosa & efforta senectutis sæx.

Quod omnes in genere adolescentes ac filios

betibus ab-
stinebar et
iam puer.

Ecclesi. 6.

Ecclesi. 12.

Ecclesi. 12.

monita Sa-

piensis ad-

olescen-

tes.

in-

te-

morosa &

efforta

senectutis

sæx.

Quod omnes

in genere

adolescentes

ac fi-

lios

Tobi.

hos commonefaciebat Ecclesiastes, hoc suum administratum Tobias, vti ex eiusdem eruitur historia. eius namque initio legimus, filio illum, Dei vnus timorem iam inde ab adolescentia vt præ oculis haberet, & ab omni peccatorum genere sibi quam maxime cauere, suauis: quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Beati porro patres illi, qui sancti huius viri exemplo, filios iam inde à flore ætatis & primis annis, Dei timorem edocent, & omnis peccati fugam persuadent. Hæ scilicet bonorum parentum partes, hæ fidei lectio, hoc Deo præ ceteris gratum est.

Dei, Deo iam ab in- stantia ser- uasse se glo- riantur.

Quod cum veteres sibi que Dei serui respectum haberent, quoties sua merita magni facere, & sine vanitate vlla cum apud Deum, tum homines virtuosarum actionum suarum pondus de prædicare cupiebant, semper prope tempus, quo Deo primum famulari ceperunt, producere: imprimis vero permagni fecerunt, quod iam inde à pueritia Deum timere occupassent. Sexcenta eaque illustria rei huius exempla sacra Bibliorum volumina nobis suppeditant. Imprimis Abdias Achab Regis æconomus, fidus ille & pius Dei elicens, qui Iezabele sanctos Dei Prophetas ad necem persequente, centum vna vice neci, eosdem in cauernis clanculo enutriendo subduxit: is inquam cum Deum præ oculis haberet, suamque pietatem de prædicaret, sic Eliam Prophetam est allocutus: *Seruus autem tuus timet Dominum ab infantia sua.*

1 Reg. 18.

Huc facit & illud Tobit de vitæ suæ innocentia apud omnes testimonium dicentis, *Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio. & de vtero matris meæ egressa mecum est.* Hyperbolica hac exaggeratione dicere vult, se iam puerum & infantem, virtutis & imprimis commiserationis semitam insistere coepisse. Si Rochus noster vitæ suæ præconium etiam concinnate, meritorumque suorum texere catalogum ac virtutum vellet, hoc ipsum identidem repetere, vereque dicere posset, non charitatem modo & misericordiam, sed & ieiunium, penitentiam, amorem tum Dei, tum proximi, aliasque virtutes plurimas secum crescente creuisse, quod se nascente simul illæ enatae essent.

1 Reg. 31.

Ab cum misericor- dia natus.

Sap. 9.

Sapiens, extra humilitatis lineam non abiens, nec vanæ gloriæ aura extra mentis starum abripi se minime sciens, de sapientia (cuius initium timor Domini) loquens illam se puerum studiose summaque animi contentione quaesisse, & iam inde à primis incunabulis & flore iuuentutis dilexisse testatur: *Hanc amavi, inquit, & exquisiui eam à iuuentute mea.* Tamen non ea Rochi nostri fuerit fama & nomen, quod Salomonis; in eo tamen illi par fuit, quod eandem sapientiam & Dei timorem iam inde à primis & floridæ aetatis dilexerit; cum nempe adhuc in cunis agens, & puerilibus fasciis inuolutus, maternoque pendens ab vbere, ipso abstinerit, & à sagendo sibi temperarit, hoc penitentiae auspicio vitam auspicatus.

Exech. 4.

Ezechiel Propheta vitæ suæ innocentiam præderare dum gestit, sic Deo loquitur, *A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinium & laceratum à bestis non comedi ab infantia mea usque nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda.* Per magni puritatem illam Propheta hic faciebat, quod iam inde ab incunabulis nihil immundum gustasset: sed eadem in Rocho nostro magis & laudanda & admiranda videtur, quod non modo rebus immundis veritibusque abstinerit, sed etiam in fasciis infantibus inuolutus ab honestis & licitis, imo & necessariis sibi etiam temperarit, bis singulis hebdomadis vbera trahere detrectans.

Ezechielis Propheta puritas.

Eccli. 9.

In Ecclesiastico Iesus Siracides Deo supplicans vitæ suæ innocentiam duobus tribusque hisce colis declarauit: *Laceratum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute inuestigabam eam: de sapientia porro loquitur. Quod sanctus ille de vitæ suæ integritate dat testimonium ac præconium, nos sancto Rocho adaptare possumus & debemus: mox enim vt vitæ huius ianuam est ingressus, & primum solis huius vsura frui, virtutis cepit exercitio delectari, pedes eius recte ambularunt, numquam aut nusquam ab honestatis semita desidentes, & à prima adolescentia Dei amorem & sapientiam exquisiuit, in eademque studiose incubuit.*

Luc. 12.

Princeps quidam Palaſtinarum, vti Lucas obſeruat, cum quodam tempore Redemptorem interrogaret, *Domine, quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* audiuit illico, *Mandata noſtri: non occides, non moechaberis, &c.* Reſpondit princeps pietate & feruore ardens, *Hæc omnia cuſtodius à iuuentute mea.* Rara res & inſolita profecto, virum principem iam inde ab adoleſcentia tam ſincere vitam inſtituiſſe, & diuina mandata tam ſedulo obſeruauit: verum longe mirabilius ſanctum hunc virum, vt primum vtero materno egreſſus eſt, virtutis lac ſingere coepiſſe, vbera nutricis declinando.

Pſal. 70.

Quam ergo merito illud Prophetæ uſurpare potuit, Deo ob bonas inſpirationes, & quæ ab eo vitæ recte inſtituendæ rudimenta inſtituere acceperat, gratias agentis, *Deus docuiſti me à iuuentute mea*, tu tuum mihi timorem, aliasque ſanctas virtutes iam inde à pueritia inſtillati: præter Deum enim B. Rochum, virtutum iter, ieiunium, aliasque pœnitentiæ opera, quæ etiam puer & ſaciis inſclus exercuit, edocere nemo potuit.

S. Rochus
ætate cre-
ſcens, vir-
tute creuit.

Si hiſce virtutum primitiis, & lætis initiis, quæ non niſi quid magnum portendebant, adeo ſe mirabilem ſanctus hic puer omnibus redidit; tum vero multo maiorem in admiratione vniuerſos rapuit, dum ætate creſcens & annis, virtute etiam ac ſanitate creuit, & omnigenis bonis operibus vitam floſcentem quotidie florentiorem effecit. Cum enim ad duodecimum ætatis perueniſſet annum, pater commune naturæ debitum iam perſolurus; hiſ cum verbis poſtremo compellauit, quatuor illum rerum commonefaciens, primo vt Jeſu Chriſto nunquam non inſatigabile obſequium præſtaret, deinde erga pauperes benignum ſe ſemper ac pium exhiberet, tertio facultatibus relictis ritè debitaque ratione vteretur, quarto denique vt ne noſocomia & xenodochia deſereret, ſed qui in eo gemebant pauperes & ægri auxiliatricem eius ſentirent manum.

S. Rochi
pater mo-
riens qua-
tuor illi
commēdat.

S. Rochus
facultates
in pauperes
effundit.

Piis hiſce monitiſ acceptis, & parente vita ſuncto, filius, ſolius pietatis ac ſanctimonix ſtudioſus, eadem executioni mandaturus, à generali rerum omnium contemptu cepit, & omnibus facultatibus magna charitatis in-

egenos effuſis patrio egredi ſolo conſtituit, in alieno & incognito peregrinaturus. Quapropter Romam petere ſanctus viſitaturus loca cum decreuiſſet, Italiae fines iam ingreſſus, comperit oppida pleraque peſtilenti malo infecta; ad quæ cum conceſſiſſet, & noſocomia frequentaret, vt peſte correptis miniſtraret, ecce, ſubito omnis euauit contagio, & Deus ſancti huius viri zelum & benignum in morbidos affectum inſigniter remunerans dedit, vt vniuerſa circumquaque regio à contagio hoc & epidemico morbo liberaretur, adeo vt quo longius procederet Rochus, & noua ſemper oppida adiret, in quibus peſtilens hoc malum graſſabatur, ſanctitatis eius fama eo etiam longius peruagaretur, & noua quotidie miracula eius meritis interceſſioneque cœli- tus patarentur.

Hic ancoram iaciamus oportet, Auditor S. Rochi res, & eminentem ſancti Rochi, quam omnibus exhibuit charitatem, admiremur, dum ſe noſodochiis totum conſecrauit ægris miniſtraturus, vitamque præſentiſſimo mortis periculo intrepide exponens. Docuit olim Redemptor maiorem dari ea ſingique caritatem non poſſe, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, vitamque propriam alienæ conſeruandæ ergo periculo obiciat. Quæ cum ſint, vt ſunt veriſſima, ſancti huius noſtri charitatem ad ſummum perfectionis gradum pertigiſſe credendum eſt, cum pro ſalute proximi vitam ipſe ſuam expoſuerit, ac toties tamque variis in locis mortis diſcrimina adierit peſte infectis ſedulo ſuccurrendo, miniſtrandoque, quo ipſi ſalutem recuperarent, neue amicis modo ac noſis, ſed plerique incognitis & peregrinis, opus profecto heroicum, ſumme pium, & meriti inſiniti.

Ionn. 15.

Et ſane adeo excellens & præſtans eſt, vt martyrii quædam ſit ſpecies morbidis ægris; & nominatim contagioſa lue infectis, apud quos maxime vita periclitatur miniſtrandis, & mortis in diſcrimine verſatur, miniſtrare. Quod perſectum & prope cognitum habens Eccleſia, Sacerdotes quosdam ac diaconos alioſque viros pios per multos debito veris martyribus honore & cultu afficit, qui Valeriani Imperatoris tempore, cum terra quædam peſtis

Peſte cor-
reptis ad-
ſe, ſpeci-
men mar-
tyrii eſt.

Ris Romanos, & vniuersas exinde prope impetii Romani prouincias inuasisset, vltro ac sponte morbidorum obsequio se, magna pietatis significatione offerentes, mortem pie in obsequio suo inuenerunt, regnum caeleste hoc pacto & vitam sempiternam ad euntes; quorum etiam pia memoria in Martyrolog. Rom. ad vltimum Februarii diem consignata est, vt notat suis ad ipsum Notis Card. Baton.

Inter omnia enim charitatis & misericordiae opera primas ferr, quod morbidis aegrisque praestatur; & hoc ipsum in primis consulit Ecclesiasticus, & maximopere suadet, dicens: *Non desis plorantibus in consolatione & cum lugentibus ambula, nec te pigeat visitare infirmum.* Egregia & salutaria sane monita, quaeque omni fideli animae propofita; consolari scilicet affictos & moerentes, lugentibus adesse, & aegris non deesse. Illustres sane hae virtutum sunt actiones, & opera vere Christiana.

His actionibus mire deditus erat magnus ille Gentium Doctor Paulus, sed in primis infirmorum visitationi & consolationi. Suum enim Corinthiis zelum & ardentem charitatem patefaciens ingenue confiteretur, se, vbi quemquam illorum male habere & infirmari inuiderit, mali ilico reddi participem, eodem dolore dolere, & simul quodammodo infirmari. *Quis infirmatur, inquit, vestrum, & ego Christiana quadam sympathia cum ipso simul non infirmor.*

Non omnes vero eiusmodi charitatem spirant; ac nimis quam multos saeculo hoc nostro exulcerato reperire est, qui ad omnem crudelitatem inhumilitatemque eruditi, & sola externa specie homines, humanum nihil habentes, affictorum commiseratione non tanguntur, aduersitates aliorum exhorrescunt & abominantur, deque morbis alienis ne hilum laborant. Habent nimirum sorda barbara, animos immites & rigidos, pectora ferrea & aenea, omnique saxo & adamante duriora, ad vllam commiserationem commoueri nescia. Hos iam olim designasse regius Vates videtur, dum exoptulans & exprobrans ait, *Infirmati sunt; nec fuit qui adiuuaret.* quasi diceret: Magna & intolerabi-

lis horum fuit crudelitas & immisericordia; permulti namque morbidi decubere, multi aegritudine fatiscientes omne corporis animique amiserunt robur; nullus tamen auxilio fuit, nullus suppetias tulit, auxiliatus est nemo. Huiusmodi, proh dolor, etiam hodie duriciam animorum in multis passim est reperire.

Sed longe aliter Rochus noster erga proximum se gessit, longe alium se praebuit affectis: charitatis etenim flamma cor eius aestuabat, anima solis misericordiae operibus intendebat, suum credebat decus in nosodochiis inter aegros versari, suam gloriam morbidis adesse, & omne suum in eo collocabat studium, vt proximo succurreret, & pestem habentibus auxilio foret: in quoscumque enim hoc malo correptos incidebat, signo crucis super eos efformato pristinae sanitati restituebat, eadem scilicet gratia & prerogatiua, quam Apostolis suis abiens ad Patrem Redemptor promisit, & tam euidenter confirmauit. Nam inter priuilegia & gratias, quas Dei filius in terris agens Discipulis consignauit, non postrema fuit aegrotis sanitatem reddere, & super morbosos manu posita eosdem restituere viribus; vti ab omnibus obseruatum est Evangelistis, & Matthaeo nominatim, qui cap. 10. hanc gratiam recenset: *Dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem.* quasi dicere vellet, Duo illustria & insignia in Apostolos collata sunt priuilegia, primum auctoritas in spiritus tartareos, vt ad eorum nutum ac iussum euergentium corporibus egrediantur, alterum morborum persanandorum potestas. Idem notat & D. Marcus, *Et dedit illis potestatem curandi infirmitates;* loquitur porro de Christo & Apostolis. Capite vero 16. longius rem deducens, & crediturorum in Christum signa & notas prosequens, quas ipsemet Redem. pror declaratur. *Signa autem, inquit, eos qui crediderunt haec sequentur, in nomine meo demonia eicient, linguis loquentur nouis, & erpentia: et erunt. & si mortiferum biberint, non eis nocebit, super egros manus imponent, & bene habebunt.* Hac in S. Rocho non minus quam in Apostolis quam perfectissi-

S. Rochus signo crucis pestem pepulit.

Matth. 10.

Marc. 3.

Marc. 16.

Luc. not. a Martyr.

Luce. 7.

1. Cor. 11. Pauli charitas erga aegros.

Magna multorum hodie inhumanitas.

Psal. 106.

me completa sunt, ac nominatim morbido-
rum medela, nam eodem coelitus privilegio
donatus, & in ludo supernaturali archiatri
titulo ornatus, tantam iam omnigenas infir-
mitates potestatem accepit, vt vel manu
dumtaxat morbidis applicita, & crucis signo
efformato grauissimos & periculosissimos
morbos, qualis haud dubie pestifera contagio
est, persanauerit.

Multæ vr-
bes & regna
S. Rocho
obligata.

S. Rochus
peste ta-
ctus.

Adeo vt finita loca, vrbes & prouinciæ,
quin imo regna integra potentia eius bra-
chium persenserint, & quam diuinitus acce-
pit gratiam, permultis signis, prodigijs & mi-
raculis stipatam experti sint: quorum vt pau-
cis succincteque aliqua velut aliud agens
eommemorem, sciatis oportet vitæ eius hi-
storiam prodere, dum in quodam Italiae op-
pido in nosodochio pestilentia laborantibus
adeft ministrando, diuina prouidentia fa-
ctum esse, vt & ipse eadem lue inficeretur: cu-
ius occasione cum grauissimis vehementissi-
misque excrucietur cruciatibus, sibi vt
temperare nequireret, quin in voces queribun-
das, gemitus profundos ac quiritationes ac
placatus præ doloris acredine erumperet; ira-
tus ipse nosodochii præfectus, & tales vocife-
rationes haud æquo ferens animo, nocte in-
tempesta Rockum domo eiicit, vt qui ceteris
importuno clamore molestus esset. in hunc
ergo cum & ipsi vrbs Consules incidissent
in publico iacentem, (quod ad afflictionis in-
crementum permisti Deus) ne vniuersam sua
lue tempubl. inficeret, vrbes ei interdixe-
runt.

Fons erupit
de terra sub-
ito ad S. Ro-
chi refocil-
lationem.

Ergo cum beatus hic vir tam ingratis indi-
gneque haberetur ab iis, qui tantis erga illum
deuincti nominib. essent, ex amore Dei hæc
magna cum patientia perferens, & vrbe hoc
pacto proscripuit, in solitudinem locumque
desertum haud grauate concedit; in quo con-
structo ad habitandum è frontosis ramalibus
rugurio, magno animi ardore & contentione
Deo supplicat, sui vt commiseratione tange-
retur, ne se in tanta calamitate desertum ab
hominibus desereret. Audiit preces afflicti
omnipotens, & ad opem illi ferendam quam
promptissimus, duo eius in gratiam confe-
ctim miracula patrat. Primo namq; fons lim-
pidissimus subito terra prorupit, & ruguriam,

in quo Rochus iacebat, circumquaque irri-
gavit, cuius ille vnda æstuantis pestilentis
contagii ardores intolerabilesque refocilla-
uit, quod illi non mediocre solatium & volu-
ptatem attulit. Deinde diuinitus factum, vt
canis quidam è pago, qui aberat propius, quo-
tidie panem illi è penuario herili in siluam
deferret, quo in summa egestate vir hic pius
vitam traheret.

Cum hæc mecum ipse animo voluo, noua
hæc miracula veterum mihi simili prope oc-
cassione & pari in necessitate factorum refoci-
cant memoriam. Fons quidem erumpens re-
nouat eius mihi fontis memoriam, quem A-
gar ancillæ cum filio Ismaele per desertum
vaganti, & extrema siti laboranti, Angelus
coelo delapsus ostendit, vt se filiumque eius-
dem aqua à morte vindicaret, *Aperuitque
oculos eius Deus, qua videns puerum aqua abijt,
& impleuit utrem, deditque puero bibere,* qui præ
siti penè expirabat, & vix animam aridam
trahebat.

Simile etiam miraculum in Numero-
rum libro legere est: filii Israel namque cum
in desertum Cades & Sin venissent, & re-
rum inibi inopia constiterentur, murmura-
re cœperunt, & aduersus Moſen & Aaronem
ductores luos insurgentes, has illis querelas
proposuere: *Cur eduxistis Ecclesiam Dei soli-
tudinem, vt nos & nostra iumenta moriamur?* Seditio Is-
raclitarum
aduersus
Aaronem
in deserto.
deinde in seditione pergentes vltius dix-
re, *Quare nos fecistis ascendere de Egipto, & Moſen &
adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non
potest, qui nec ficum gignit: nec vineas, nec ma-
logranata, in super & aquam non habet ad bi-
bendum.* Consternati ergo & perterrefacti
Moſes & Aaron, vt hinc popularem furo-
rem sedarent, ac tempestatem serenarent, ad
tabernaculum contugerunt, & Deo suppli-
ces facti his eum precibus compellarunt, *Do-
mine Deus audi clamorem huius populi, & aperi-
eis thesaurum tuum fontem aqua viva, vt satia-
ti cesset murmuratio eorum.* Vt audiit vocan-
tes Deus, ilico imperat Moſi, vt ad petram
loqueretur, & aquam inde eliceret, quod
cum factum esset, & Moſes insuper virga pe-
tram percussisset; *Egressa sunt aqua largissima,
ita vt populus biberet & iumenta.* quod Psal-
mographus miraculum exaggeras, canit,

Gen. 17.

Num. 10.

Seditio Is-
raclitarum
aduersus
Aaronem
in deserto.

Psal. 115.

Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

In Breviar. Rom. in Vita Antonii.
 Ut vetera illa miracula omittam, in vita S. Clementis discipuli S. Petri, & eius in Cathedra successione, vniuersalique Ecclesie Pontificis, legimus, cum in persecutione Traiani Imp. Roma pulsus, & trans mare Ponticum in Chersonesum relegatus, vbi bis mille Christianos ab eodem tyranno in exilium actos, & ad secunda marmora condemnatos reperit. hi ergo cum aque penuria laborarent, sanctus hic vir in montis quoddam iugum concedens, rem ipsorum communi omnium Deo per orationem commendauit, eiusque illis opem & auxilium efflagitauit. Vir orationem absoluerat Clemens, cum ecce vidit Agnum pede dextro terram ferientem, & subito fontem limpidissimum profluentem; quibuslibet Christianos recreauit, & infidelibus plurimis arripienda fidei orthodoxe fuit occasio; eoque miraculo, inquit Breviarium, multi infideles ad Christi fidem conuersi Clementis etiam sanctitatem venerari ceperunt. In Rochi etiam nostri gratiam, ad imitationem veterum illorum miraculorum, fons quidam in Italie desertis insolita quadam ratione scaturit, qui malo eiusdem aliquatenus auxiliaretur, & febris illius ardores temperaret. Hæc quidem quoad primum miraculum, tam de alio dispiciamus.

Causa quodam S. Rochi in silua paucem aruit.
 Certe si hæc aquarum scaturigo & supernaturalis fontis productio, qui sancto huic æstuanti refrigerio foret, admirabilis fuit; non minore mihi dignum admiratione videtur, canem quotidie ad illum in siluam è proximo pago, velut statum œconomum cibum deferre. An non enim mirum, animal iudicii & rationis plane expers, quotidianum hoc iter suscipere, & stera hora solitarii hunc eremicolam inuisere cibo onustum? Vt taceam generalem omnipotentis Dei prouidentiam, creaturas omnes hætenus indifferenter pascentis, nihil vt cuiquam vnquam necessarium defuerit; singulare sane Dei hic, animal hoc ad famuli sui ministerium quotidie destinantis, priuilegium & gratia eluxit, ac proinde nouum & inauditum miraculum dicendum.

Nouum porro inauditumque minime est,

audire vel legere in veteribus monumentis, Deum in extremis famulorum suorum necessitatibus, quo iisdem succurreret, canum, coruorum & similibus animalium ad cibum iisdem deferendum, opera usum esse. In 3. namque Regum libro habetur, coruos, diuino nutu Elie Prophetæ, cum in deserta Iudææ concessisset, quotidie mane ac vesperi statuto tempore panem carnemque, quæ clanculo è Regis Achab regia auferbant, detulisse, quo ille alimento vitam longo tempore traxit: *Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, &c.*

Id ipsum primo Anachoretarum parenti S. Paulus e- & institutori & magistro Paulo accidisse, historiæ monumentis proditum est: cum enim in inferiori Thebaide natus, Decii & Valeriani Imperatorum persecutionem fugeret, in abditam speluncam concessit: in qua cum ad annum vsque ætatis centesimum decimum tertium commoratus esset, & donec ab alio anachoreta sanctimonia vitæ ei pari, ac nonagenario diuino instinctu visitaretur; coruus qui sexaginta annis quotidie dimidiatum illi panem attulerat, ad Antonii noui hospitis aduentum duplicans dimensum, integrum deportauit: quam rem demirantibus piis Anachoretis, sic coruo abeunte, Antonium Paulus adorsus est: *Eia, In Breviar. Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors sexaginta iam anni sunt, cum accipio & festo S. Pauli erem. quotidie dimidi panis fragmentum, nunc aduentum tuum militibus suis Christus duplicauit annonam.*

Et sane Deus ipse de clientum suorum conseruatione, & alimento, & annona tam anxie sollicitèque laborat, vt satis illi non sit, si tur interordinata alendi ratio deficiat; animalium dum Deus brutorum, vilissimorum scilicet creatorum ad pios operam adhibere, nisi etiam Angelos, spiritus ducandos, illos cœlestes & excellentes, interdum cum cibo & alimento ad famulos in ipsum confidentes sperantesque, inque eius famulatu intrepide persistentes mittat. Sic videmus in 3. Reg. 19. Regum libris, Angelum ad Prophetam Eliam afflictum, & ob arumnas persecutionesque inter montes & inuisa siluarum gementem cum pane subcineritio & lagenula aquam continentem destinari, illique ex parte Dei impera-

Deur vitur interdum animalibus ad alimentum seruorum suorum.

S. Paulus e- remita in deserto à coruo pastus.

Rom. in Vita & festo S. Pauli erem.

Angelorum opera vitæ tur interordinata alendi ratio deficiat; animalium dum Deus brutorum, vilissimorum scilicet creatorum ad pios operam adhibere, nisi etiam Angelos, spiritus ducandos, illos cœlestes & excellentes, interdum cum cibo & alimento ad famulos in ipsum confidentes sperantesque, inque eius famulatu intrepide persistentes mittat. Sic videmus in 3. Reg. 19.

perare: Surge, & comede, grandis enim tibi restat
vna. O immensam & infinitam Dei benigni-
tatem, tam sedulam seruatorum suorum ratio-
nem habentis, vt etiam Angelorum famula-
tum iis praestet!

Dom. 14.

In Historia Danielis idem Angelorum in
homines obsequium occurrit. Vt enim san-
ctus hic Propheta, Satraparum Babylo-
rum praualente inuidia, in leonotrophium
coniectus est, eius tuendi conseruandique
curam in se Deus ter maximus suscepit, ne
rerum penuria (vt conceperant aemuli) con-
ficeretur, descendere ergo ilico Angelum
caelo iussit, qui in Iudaea Abacucum mello-
ribus suis prandium deferentem sublimem
per capillos sustollit, & apprehensam subi-
to in locum, vbi captiuus Daniel detineba-
tur, quingentis & amplius inde distantem
leucis sistit, ad loci ergo editum cum ven-
tum esset, hoc Daniele modo compella-
uit, *Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit
tibi Deus.*

Daniel ab
Angelo e-
nutritus in
lacu leo-
num.
Deus ipse
suos ali-
quando e-
nutrit.

Addo insuper, magnum illum Deum sa-
pientia & prouidentia admirabilem, satis non
habere extraordinariis insolitisque rationi-
bus, cum communis status in rerum natu-
ra ordo deficit, suorum necessitatibus pro-
spicere, animalium, auium, elementorum,
quin etiam Angelorum opera vtendo; sed
ipsummet persape, quod maximam admira-
tionem meretur, suam hic operam impende-
re, & palam facere, incredibili se erga suos
amore ferri; quem vt testatum faciat, multa
mira edidit omnes potentiae modos exerens.
Mihl vt dicenti credatis, memineritis obse-
cro, quid in filiorum Israel gratiam praestite-
rit, quos quadraginta ipsis annis in vasta &
inclusa solitudine manna cibo adeo sapido
& exquisito panis, vt Angelorum sit panis ap-
pellatus. Memineritis rursus, quomodo pu-
blicum iis & solenne instruens epulum, infi-
nitam coturnicum illis multitudinem aliun-
de aduexerit: memineritis rursus, quid ante-
quam cibum hunc daret, suo illis ore de-
nuntiarit. audite Moyses ore loquentem,

Filii Israel
manna &
coturnici-
bus caelitus
pasti.

Exod. 16.

*Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini
panibus, scietisque quod ego sum Dominus Deus
vester, nec alius praeter me in terra quaerendus
sit aut adorandus.*

In inextricabilem hunc diuinae prouiden-
tia labyrinthum me indui, occasione canis
huius, cuius ministerio panem quotidie in
deserto S. Rochus accepit. Addam ad ani-
malis huius commendationem, praeterquam
quod benignum, domesticus hominique
fidus sit, ipsum a S. Scriptura dilaudari, eo
quod affectum, commiserationem & mise-
ricordiam, qualis in animali rationis expe-
re haberi potest, variis in casibus in Dei ser-
uos patefecerit. In primis namque D. Lucas,
diuitis illius & infortunati Epulonis texens
historiam, eiusque in egenos inclementiam
ac duritiam, velut notatu dignum obseruat,
opulento illo Lazarum ad ianuam stipem
postulantem non commiserante, benignio-
res se erga illum canes domesticos praebuis-
se: nam ad miserum hunc vlcerosum venien-
tes, velut naturali quadam compassione mo-
ti, lingebant vlcera eius, saniemque omnem
& purulentiam inde emanantem exsuge-
bant. Vt vero rem altius accessamus, in To-
biae historia legimus, catellum domesticum,
qui filium in exteras profectum prouincias,
velut indiuisus comes secutus erat; vt pri-
mum re-dux paternis factus est adibus vici-
nior, praecurrisse quasi gestientem, & felices
reditus nuntium esse voluisse consolationi
futurum parentibus filii vnici absentiam lu-
gentibus, suamque orbitatem plorantibus.
Vnde Scriptura, *Tunc praecurrit canis, quasi
mil fuerat in via, & quasi nuntius adueniens,
blandimento sua caude gauderet.* Haec quidem
mira sunt & praecleara, quoad bestias, exem-
pla, sed quod de cane Rochum nostrum quo-
tidiana alimonia nutricante praee omnibus
palmam fert, & insignem miraculi speciem
includit.

Canis fi-
dus & fa-
miliare ho-
mini ani-
mal.

Luc. 16.

Tob. 1.

Hinc de eodem hic tacebo, sinemque
faciam vos simul omnes exhortaturus, Au-
ditores, vt sanctum hunc virum colatis, &
noctu & interdum omnigenas ad illum preces
& vota dirigatis. Proposui, & quidem pluri-
bus, quanam sint pestis discrimina, & quam
Deus optimus maximus illi in morbum hunc
potestatem contulerit: profectus sum, ee-
quod pluribus oppidis & prouinciis etiam-
num mortalem vitam agens auxilium attu-
lerit, & qua caelo iam receptus mundo ra-
tione

tione per se succurrerit. In huiusmodi ergo afflictionibus ad ipsum confugite, ipse vestrum contagio pestifera grassante sit asylum, ad ipsum quocumque demum pressi morbo cor, vota, preces conuertere: multam quippe apud Deum potest, potentia eius nemini non in terra nota est, homines eum simul & Angeli demirantur. Ipsum ergo qua potestis obseruantia colite, vestra illi summa animi demissione vota offerite, merita & laudes eius passim deprecate. Inuitat eodem exulceratum quo viuimus saculum, mundi ætas, in qua versamur, & tempora hæc compellunt, & aer ipse, quem corruptum, infectum, morbis plenissimum trahimus, prægaantissima illius inuocandi, ad ipsum confugiendi, & nunquam memoriæ eiusdem seponendæ occasio est.

Tibi vero, ô beati Roche, Montepessulanorum decus, Galliarum nostræ ornamentum, & totius vniuersi gloria, debitum semper culum deferemus, & quibus tibi deuincti sumus, nomina nunquam non agnosceamus. Tu siquidem miserorum & afflictorum spes, peste laborantium solamen, & omnium morbidorum refugium. Tu, ô gloriose Confessor, totamque illustres morborum curationes fecisti, tot respublicas à contagio asseruisti, à tot locis & regnis pestem effugasti, tuæque potentia tot signis & miraculis orbi innotuit. Perge, obsecro, fidei Dei cliens, ac beate cæli indigena, morbidis auxiliari, misera huic Galliarum suppetias ferre, & natale solum benignis oculis intueri. Ex tunc de tuis nobis fauoribus & donis impertire, quantum vota tibi precesque Galli offerimus, à ceruicibus illorum atrociam diuinarum indignationum flagella auerte, diuini furoris flammam in nos merito accensam exstincturus, obuiam procede, omnipotentis dexteram intercessione tua exarma, & atrocem hanc epidemici morbi virgam, quam tot iam annis in nos strinxit, & quam aeris intemperies & inordinata tempestatum anni volutio toties nobis comminatur, manibus exerce. Noli obsecro, ô magne & supreme afflictorum omnium medicæ, regni huius tutelam ac protectionem,

Bessai tom. 3. De Sanctis.

quam auspiciatus es, deponere; curam quam hæctenus eius habere te tot miraculis & prodigijs demonstrasti, habere perge, precibus tuis sanitatem nobis impetra, impetratamque conserua, nos vero votis ac precibus nunquam nomen tuum in terra extollere, laudes tuas deprecate, virtutes demirari desinemus, quarum adminiculo factum est, vt cæli gloria & gaudio sempiternis sis donatus, cuius iam quiete possessione perfrueris, & qua donare nos omnes Pater, & Filius & Spiritus sanctus, decurso hoc mortalitatis stadio, dignetur. Amen.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

Partitio.

1. De duodenario Apostolorum numero.
2. De origine S. Bartholomæi, an idem qui Nathanael.
3. De dignitate Apostolica generatim.
4. De eiusdem S. Bartholomæi speciebus.
5. De eius pelle decorticata.

Exiit Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, &c. Luc. 6.

FIGURA.

Il lustre profecto & heroicum prorsus opus fuit, adolescentem Iosephum, in filijs Iacob nati minimum ad lasciuiam ac libidinem heræ, lenocinijs importune sollicitatum, pallio illius in manibus relicto, fuga sibi consuluisse, quo sic vehemens amoris æstus declinaret, infami adulterio se non pollueret, fidemque hero datam sanctam inuiolatamque conseruaret. Verum summi amoris & animi longe generosioris testimonium fuit, videre hodie sanctum Bartholomæum è Christi Domini discipulis vnum, mundi persecutionibus infestatum pellem suam tyrannorum manibus cedente, ne forte in idololatiam, quæ spiritua-

Vuu bis